

9.  
12

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O  
INAUGURALIS JURIDICA  
DE FIDEJUSSORIBUS  
QUAM  
UNA CUM  
PARERGIS EX VARIO JURE  
PUBLICÆ DISPUTATIONI  
PRO CONSEQUENDO JURIS UTRIUSQUE DOCTORATU  
SUBMISIT

GEORGIUS JACOBUS DE BRIDOUL

Beroniscastellanus AA. LL. ac Phil. Magister,

Jurium Emeritus

E X

INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ DECRETO  
*Post exercitatoriam, tentamen, ac Examen rigorosum ad hanc  
postremam disputationem admissus,*

TREVIRIS

In Auditorio Juridico majore

Die 17. Jun. 1772. horâ 8vâ.

---

*Augustæ Trevirorum, typis ESCHERMANNIANIS.*

**DEO TER OPTIMO,  
IMMACULATÆ DEIPARÆ,  
S. IVONI  
JURIS-CONSULTORUM PATRONO.**



OPTIMO  
E DEIPAR  
ONI  
ORUM PATRO

## DE FIDEJUSSORIBUS.



I.

Fidejussor à fide & jussione, quasi intercedens suâ fide creditum esse juberet, sic dicitus *l. 8. ff. b. t.* pluribus aliis in jure nostro non minibus appellatur pro varietate formulorum, quibus stipulatio, per quam Fidejussionem factam fuisse vel ipsi tyrones norunt, concipiebatur: sic in *l. 5. §. 2. ff. de V. O.* adpromissor, à Paulo *recept. sent. 1. 9. 5.* fidei promissor, subinde author secundus\* nominatur, germanicè autem: *Bürg.*

\* Quando videlicet in casum evictionis ab Authore primo, & de evictione principaliter obligato dabatur. *l. 4. ff. de evict.*

A

II

II. Est autem fidejussor, qui alienam obligationem mediante stipulatione \* in se suscipit reo principali nihilominus manente obligato. \*\*

\* Aliter factam fidejussionem de jure romano non valuisse evincit *I. 5. §. 2. ff. de V. O.*, atque per hoc à constitente, qui interveniente pacto pro alio intercedebat, *I. 1. §. 4 ff. & I. 2. C. constit. pecun.*, distinguebatur.

*Additio:* Cum moribus hodiernis etiam ex pacto nudo à personâ habili super re licet, & honestâ inito valida detur actio, quam conditionem ex moribus appellare placuit juris interpretibus, indubium est, ex fidejussione hodieum obligari eum, qui qualicunque declaratione consensûs alienæ obligationi accessit, ut adeò omne discrimen inter fidejussorem, & constituentem nunc cesseret, id unum si exceperis, quod quis pro se quidem constituere possit, non autem fidejubere.

\*\* Hinc differt fidejussor ab expromissore, qui alterius obligationem novando in se suscipit, & reo liberato se solum ejus loco adstringit.

III. Varias fidejussorum divisiones referunt Doctores; sic 1.) alii dicuntur voluntarii \* alii necessarii \*\* 2.) alii judiciales, \*\*\* alii extrajudiciales, \*\*\*\* 3.) alii principales \*\*\*\*\* alii succedanei \*\*\*\*\* 4.) alii simplices \*\*\*\*\* alii indemnitas \*\*\*\*\*

\* Illi nempe, qui nomine cogente præstantur. *I. 7. §. 1. l. 10. §. 1. ff. qui satisd. cog.*

\*\* Ad quos præstandos aut lex, aut magistratus cogit. *I. 7. §. 1. & I. 8. §. 4. ff. sot.* Casum, in quo quis ad satisandum à judece obligari possit, exhibet *I. 13. pr. ff. de usufructu in verbis:*

*si cuius rei ususfructus legatus erit, dominus potest in eâ re satisfaci-  
nem desiderare, ut officio judicis hoc fiat.*

\*\*\* Qui in judicio dantur: & hæc fidejussio proprie satisfatio ap-  
pellatur §. 4. *Inst. de satisdat.* itémque in nov. 113. confirmatio  
personarum.

\*\*\*\* Qui extra judicium constituuntur, quales in contractibus  
valde frequentantur. Vid. Hering. cap. IV. de fidejuss. n. 11.

\*\*\*\*\* Hoc nomine veniunt illi, qui principalis debitoris obli-  
gationem in fidem suam recipiunt.

\*\*\*\*\* Circa horum descriptionem variant Doctores; sunt qui  
fidejussorem succedaneum ( germanicè *rucburg* ) vocent il-  
lum, qui à debitore non in gratiam creditoris, sed primi fide-  
jussoris constituitur; ita, ut, si hic solvere compellatur, ad  
succedaneum regressum habere possit; vid. Stryck in usu mod.  
n. 2. ff. b. t. & Hopp §. 1. *Inst. b. t.* ab aliis verò, quibus & ego  
assentior, fidejussor succedaneus per l. 29. §. ult. ff. b. t. appella-  
tur, qui à primo fidejussore in gratiam creditoris datur, ut  
creditor, quia primo fidejussori fidem non satis habet, alium  
eligit succedaneum, qui non solum fidem primi sufficiat, sed  
adversus quem etiam creditori, si primus fortè ad inopiam redi-  
gatur, regressus maneat salvus.

*Additio.* Ex mox datâ distinctione patet, pro resolutione quæstio-  
nis, an si fidejussor principalis ob inopiam debitoris compulsus  
fuerit creditori satisfacere, regressum habeat contra succeda-  
neum, inspicendum esse, in cuius gratiam fidejussor succeda-  
neus datus fuerit.

\*\*\*\*\* Qui simpliciter idem, quod principalis debet, in se  
recipiunt hoc tamen manente obligato.

\*\*\*\*\* Hi germanicè vocantur *die schad-los Bürgen*, sanc-  
que

que illi, qui à debitore in gratiam creditoris constituuntur, ut hic, si à debitore, vel ejus fidejussore suum vel omnino non l. 32. ff. de V. S. vel totum consequi non possit, ad residuum præstandum illos convenire queat. l. 6. pr. ff. de novat. l. 116. de V. O. l. 21. ff. de solut. l. 42. pr. ff. de reb. credit. l. 45. §. 11. ff. de jure fisci, ubi: si principalis rei bona ad fiscum devoluta sint, fidejussores liberantur, nisi forte minus idonei sint, & in reliquum non exsoluta quantitatis accesserint, & l. 2. C. b. t. ubi in fine: si cautum est in id, quod à tute, vel curatore servari non potest, manet fidejussor obligatus ad supplendam tibi indemnitatem.

*Additio:* Fidejussorem indemnitatis ipso jure eatenus tutum esse, ut ante principalis debitoris excussionem à creditore conveniri non possit l. 116. ff. de V. O., ex naturâ obligationis, quam contraxit, derivatur; cum enim expressè ad solvendum debitum se non obligaverit, nisi quatenus, & in quantum illud à debitore principali haberi non valeat, manifestum est, ad hoc, ut ex promissione indemnitatis conveniri possit, prius mediante excusione videndum, an, & in quantum debitor principalis non sit solvendo; nam debitore nondum excusso incertum adhuc est, ut ait cit. l. 116., an fidejussor indemnitatis aliquid debiturus sit.

IV. Fidejubere possunt omnes l. 3. ff. b. t., nisi aut naturâ, aut lege prohibeantur.

#### V. Naturâ prohibentur

- 1.) Infantes, l. 1. in pr. ff. de V. O.
- 2.) Furiosi, l. 1. §. 12. ff. de O. & A.
- 3.) Muti & surdi, \* l. 1. §. 14. & 15. ff. de O. & A.

\* Muti & surdi, quatenus & pacto fidejussiones hodie fiunt, pro alio recte intercedunt, dummodò vel scripturâ, aut alio modo consensum suum manifestare possint.

VI.

VI. Le  
1.)  
2.)  
3.)  
nulli  
opus  
Addit  
tag  
tam  
nor  
  
Additi  
poli  
sive  
fam  
  
Excep  
hos  
Si  
l.  
pre  
dej  
defe  
ven  
org  
pien

## VI. Lege autem prohibentur

- 1.) Prodigi, *l. 6. ff. V. O.*
- 2.) Pupilli, *l. 9. pr. ff. de auēt. tut.*
- 3.) Minores curatorem habentes sine ejus consensu pro aliis nulliter intercedunt, adeò, ut iis restituzione in integrum opus non sit *l. 3. C. de restit. in integ.*

*Additio 1.* Si minores cum consensu curatoris fidejubeant, illos tunc obligari constat ex *l. 13. ff. de auēt. & consens. tut.*; salvo tamen remedio restitutio*nis in integrum, l. 7. §. 3. ff. de minorib.*

*Additio 2.* Si minores curatorem non habent, obligantur quidem, possunt tamen læsi juvari restitutio*nem in integr., indistinctim, sive pro extraneo, sive pro patre intercesserint l. 1. C. de filio fam. min.*

*Excipe 1.)* Si patri hæredes existant, *l. 1. C. de filio fam. min.*; hoc enim casu ad suum provocare nequeunt remedium. *2.)* Si pro patre incarcerato intercedant, *nov. 115. cap. 5. §. 8. & l. 9. C. de in integ. rest.* *3.)* Si in rem suam fidejubeant, ut pro suo procuratore, *l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog.* *4.)* Si fidejussionem juramento corroborent; sic enim ex vi juramenti defectus suppletur. *Arg. Autb. Sacra menta puber. C. si adversus vendit.* *5.)* Si dolo, & fraude adversarium circumvenerint: *arg. l. 2. C. si minor se major dixerit, nam deceptis, non decipientibus jura opitulantur l. 2. §. 3. ff. ad SCum Vellej.*

4.) Prohibentur milites *L. 31. C. de locato.*, ne eos negotiorum forensium occupatio à studio militiae avocet, néve illi, dum militandum est, exactiōibus divexentur: & cùm eadem ratio in nostri temporis militibus locum habeat, nescio, cur Voëtio n. 3. ff. h. t. & aliis magis placeat, eos æque, ac non militantes pro aliis fidejussores existere posse, neque ausim in foro allegare, *l. 31. C. de locat.* ab usu recessisse, ne mihi, cùm circa factum versemur, injungatur probatio.

*Excipe* 1.) Si milites in rem suam fidejubeant, veluti pro procuratore suo *l. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog.* 2.) Si veterani sint, quoniam illis per *l. 1. C. de veteran.* licet emere, vendere, optimis negotiis pecuniam tractare, mercimonia agitare. 3.) Si pro causâ communi omnis numeri sui für ihre Rott- und Spies- Gesellen fidejubeant; sic enim per consequentiam & in rem suam fidejubere censentur. *Arg.* *l. 8. §. 2. ff. de procurat.*

5.) Prohibentur fidejubere clerici, ne ii, quos verbo Dei, ejusque sacris vacare oportet *C. 29. XI. q. 1. §. l. 32. §. 4. ff. de receptis*, qui arbit. recep., se ipsos ære alieno obruant, & sic contra decentiam sui statūs ad fora trahantur, *C. 1. b. t.*

*Additio* 1. Verba *C. 1. §. sequentium b. t.* perserutanti apparebit, hic quæstiōnem maximè esse de clero fidejussiones frequenter, & sine causâ necessitatis faciente, atque ex eo multi quærunt  
1.) an non dentur casus, in quibus clerici licite fidejubeant,  
2.)

2.) an si clericus extra illos casus, quibus licet fidejubere potest, fidejumperit, saltem non obligetur? quibus, ut satisfaciam Reg. ex charitate licet fidejubent clerici 1.) pro indigente, & in necessitate constituto C. 14. dist. 86. 2.) pro Ecclesiis suis, & aliis clericis. C. 4. § 2. b. t. l. 25. §. 1. & l. 33. §. 2. C. de Episc. & Cleric. 3.) in rem propriam arg. C. 1. de postulando. Reg. 2. Clerici, si actu fidejumperint, obligantur C. 2. § 3. b. t., Menoch. lib. 2. præf. 46. n. 15. Harpr. n. 40. Inst. h. t.; nec obstat l. 5. C. de Il. ubi: factum ejus, qui lege quid facere prohibetur, pro nullo & infecto habetur, nam multa in jure nostro fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmatatem C. 16. de regular.

*Additio 2.* Juri Canonico assentit jus civ. in nov. 123. cap. 6: & quamvis in hâc solùm expressè vetetur, ne clerici publicarum functionum exactores constituantur, aut vestigalia, vel alienas possessiones conducant, & in his fidem suam pro aliis obstringant, generalis tamen, quam Imperator in eadem nov. subjunxit, ratio me movet, ut in nullis negotiis ego clericum licet fidejubere posse existimem. Verba Imperatoris hæc sunt: *ut non per hanc occasionem & sanctis domibus damnum fiat, & sacra ministeria impediatur.*

VII. Inter personas, quæ lege prohibentur fidejubere, pereram à multis referuntur mulieres, cùm aliud sit fidejubere non posse, aliud ex fidejussione efficaciter non obligari, & actionem fortè intentandam exceptione posse elidi, qualiter mulier actionem ex suâ intercessione contra se instituendam elidit exceptione SCti Vellej. l. 40. ff. de condic. indeb. & l. 2. §. 1. ff. de except., nec efficaciter intercedendo obligatur

l. 9.

l. 9. C. ad SCtum Vellej. vid. Statuta nostræ patriæ §. 7. h.t.  
 ubi: Eine Weibs-Person ist nach gemeinen beschriebenen Rechten, und denen dem weiblichen Geschlecht darinnen zugelegten Wohlthaten nicht fähig sich vor jemanden kräftig zu verbürgen oder zu verschreiben.  
 Nisi eidem Senatus consulto renuntiaverit, quod tam in judicio, quam extra illud fieri potest l. 32. §. 4 ff. & l. 21.  
 C. eod. dummodò de eo in specie certiorata fuerit, quale  
 nempe, & quam prærogativâ suffultum sit, nisi circa hoc vel  
 consuetudo, vel particularia locorum statuta quid mutarint;  
 est enim beneficium SCti Vellejani introductum in mulieris  
 utilitatem, & favorem, cui pro lubitu renuntiare potest l.  
 29. C. de pactis: nec obstat, quod intercessio in l. 1. §. 1.  
 & l. 2. ff. de R. I. virile & civile munus dicatur, à quo re-  
 moventur mulieres; hoc enim eatenùs verum, quatenùs  
 SCto Vellejano comprehensum est, ne fœminæ pro ullo inter-  
 cedant, & quatenùs intercedendo non efficaciter obligantur,  
 nec cautum ullibi invenitur, ne favori pro se introducto re-  
 nuncient; accedit, quod invito beneficium non detur l. 69.  
 ff. de R. I.

*Additio.* De jure quoque Statutario Trevirensi mulier interce-  
 dendo efficaciter obligatur, si de beneficio suo sufficienter cer-  
 tiorata huic in judicio, aut saltem coram duobus Scabiis ad  
 Protocollum, aut denique juratò, quod & juri communi per  
 C. 9. de jur. jurando, conforme est, renuntiaverit. Wäre  
 eine Weibs-Person vor Gericht, oder doch zweyen Schef-  
 fen

fen bey dem Protocol erschienen, und hätte nach empfan-  
gener genugsamen Erklär- und Auslegung des SCt. Velle-  
jani sich all solcher thro in Rechten competi renden Benefi-  
cien begeben, oder aber auch (quod etiam de ton edicta,  
& extra judicium renuntiante verum opinor). Darauf eine ayd-  
liche Renuntiation gethan, wäre sie gleich anderen Bürgen  
obligirt und gehalten und obiger rechtlichen Wohlthaten  
verlustiget.

VIII. Favorem prædictum in materiâ intercessionum pro aliis  
mulieribus concesserunt Romani, quod viderint easdem  
sexûs sui fragilitate sœpe contra propria commoda laborare,  
sœpè captionibus aliorum reddi obnoxias, sœpè rei fami-  
liaris periculum subire, vid. l. 1. §. 1. ff. ad SCtum Vellej.,  
¶ primò quidem temporibus Divi Augusti, mox deinde Clau-  
dii, edictis eorum interdictum, ne fæminæ pro viris suis in-  
tercederent l. 2. pr. ff. eod., postea factum est SCtum (puta Vel-  
lejanum) quo plenissimè fæminis omnibus subventum est, dum  
eo comprehensum, ne pro ullo fæminæ intercederent, l. 1.  
pr. ¶ l. 2. §. 1. ff. eod. indultâ ipsis, ex suâ intercessione  
conventis, favorabilis Senatus consulti illius exceptione, quâ  
utuntur, si nondum solverint l. 11. ff. ad SCtum Marced.;  
si vero solverint, possunt solutum tanquam indebitum condi-  
cere l. 40. ff. de condic. indeb. ¶ l. 9. C. ad SCtum Vellej.

IX. Cùm personis fidejubere prohibitis etiam confundendæ non  
non sunt illæ, quas recusandi facultas est creditori: recusar

autem possunt pauperes, \* & privilegium fori habentes; cùm idoneitas fidejussoris non ex facultatibus solùm, sed etiam ex conveniendi facilitate \*\* aestimetur.

\* Hi enim securum non redderent creditorem de recuperando suo credito; non potest tamen fidejussor, qui non obstante paupertate semel à creditore acceptatus est, ex eo capite postmodum repudiari l. 3. ff. b. t., in cuius fine ita Ulpianus: *planè si non idoneum fidejussorem dederit, magis est, ut satisfactum sit: quia qui admisit eum fidejubentem, idoneum esse comprobavit.* l. 3. §. ult. ff. ut in poss. leg. ubi: *si semel fuerit satisdatum; quæsum est, an etiam rursus cavendum sit, si forte dicatur, egenos fidejussores esse datos?* Et magis est, ut caveri non debeat. Et creditor facilitati suæ imputare debet, quod fidejussores minus idoneos acceperit; neque enim oportet per singula momenta onerari eum, à quo satis petitur.

*Additio.* Dixi fidejussorem, qui non obstante paupertate à creditore acceptus est, ex eo capite postmodum repudiari non posse; quid in casu, quo fidejussor ante satis locuples expost ad inopiam redigitur, obtineat, nunc videobo: & distinguendum hic est, an debitor ex conventione, an ex lege ad fidejussorem dandum teneatur: si primum, ob supervenientem primi fidejussoris inopiam debitor alium dare non obligatur l. 96. §. 2. ff. de solut. l. 4. ff. de bær. vel act. vend., quia, cùm fidejussio debetur ex conventione, eâ præstitâ, creditori satisfactum est, & sic exspiravit obligatio l. 3. ff. b. t.; si vero casus fuerit, quo fidejussor ex legis dispositione mediante judicis officio consti-tuendus erat, tunc debitor ad alium idoneum præstandum à creditore potest compelli l. 10. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 4. ff. de stipul. præt. Et l. 20. §. 14. ff. de operis nov. nunciat.

\*\* Qui facilè conveniri nou potest, quia fori privilegio gaudet, fidejussor idoneus non habetur l. 7. pr. ff. qui satisd. cog., potest tamen hic admitti ut idoneus, si fori privilegio se non usurum promittat l. 1. ff. quis in jus vocat.

X. Examinato jam, quis fidejubere possit, transeo ad pertractandam quæstionem, cui obligationi fidejussor possit accedere: dixi accedere; fidejussio enim est *accessio principalis obligationis* §. 5. *Inst. b. t.*, ita ut eâ non præexistente, nulla etiam existat fidejussio l. 11. l. 16. pr. § l. 70. §. 4. ff. b. t., non obstat §. 3. *Inst. § l. 6. §. 2. ff. b. t.* ubi etiam futuræ obligationi fidejussor adhiberi posse dicitur; nam hoc in casu fidejussor, antequam principalis obligatio existat, reverâ non est fidejussor, nec ut obligatus conveniri potest l. 57. ff. b. t., & quod fidejussio dicatur sequela, & accessio obligationis principalis, id non ad ordinem temporis, sed conditionem ipsius obligationis pertinet, quæ effectum exactionis producere non potest, antequam reus principalis debeat l. cit.

*Additio.* Per hoc, quod fidejussio sit essentialiter contractus accessorius, differt à mandato, quod obligationem principalem semper antecedit l. 12. §. 14. ff. mandati.

XI. Regula. In omnibus obligationibus seu naturalibus \* seu civilibus \*\* iis etiam, quæ ex delicto nascuntur \*\*\* adsumi possunt fidejussores. §. 1. *Inst. b. t.*

\* Modo hæc talis sit, quæ aliquos saltem jure civili producit effectus l. 6. §. 2. l. 7. l. 16. §. 3. & 4. ff. b. t. tunc fidejussor,

qui ejusmodi obligationi accessit, civiliter & efficaciter obligatur *l. 6. §. 2. junct. l. 60. ff. b. t.*; ratio hujus est, quia fidejussoris datio est instar solutionis; qui enim satisdat, is satisfare dicitur in *l. 1. ff. qui satisd. cog.*; si autem solutio ejus, quod naturaliter debetur, valet, cur non fidejussio eo nomine facta valeret? nec obstat, quod fidejussor talis repellatur ab actione mandati contra principalem ad consequendum id, quod fidejussorio nomine solvit *l. 25. ff. b. t.*; nam si principalis is, qui solvit, ad quod naturali obligatione tenetur, jure civ. solutum condicere non possit *l. 10. ff. de O. & A.*, cur is se valeat liberare, qui pro taliter obligato fidejussit, cum fidejussio, ut dictum, sit quædam solutio: neque sic durius, sed efficacius tantum principali suo obligatur; si vero naturalis obligatio à jure civili sit reprobata, nec fidejussor efficaciter obligatur, prout videre est in fidejussore mulieris contra SCtum Vellejanum intercedentis, aut filii-fam. contra macedonianum ex mutuo se obligantibus *l. 16. §. 1. ff. ad SCtum Vellej. & l. 9. §. 3. ff. ad SCtum Maced.*

*Coroll.* Hinc pro pupillis sine autoritate tutoris per conventionem se obligantibus alius fidejubens civiliter, ac efficaciter devinctus efficitur *l. 95. § 4. ff. de solut. l. 127. ff. de V. O.*, & pupilos sine tutoris autoritate non in suum quidem, sed præjudicium tertii naturaliter obligari, adeò, ut haec naturalis obligatio novationem inducat, fidejussorem admittat, manifestum est *ex l. 1. in fin. ff. de novat. l. 95. §. 4. ff. de solut. l. 35. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. 127. ff. de V. O.* non obstant *l. 41. ff. de condit. indeb. & 59. ff. de O. & A.* ubi pupillus sine tutoris autoritate stipulanti promittens, aut mutuam accipiens pecuniam, nec jure naturali obligari dicitur; nam hoc non alio in sensu verum est, quam quod illa naturalis obligatio intuitu pupilli non sortiatur effectum naturalis obligationis, sic, ut & solutum ejus.

ejusmodi debitum repetere possit conditione indebiti, quam alioquin tamen naturalis obligatio impedit, ut patet ex l. 41. cit.

*Additio. L. 25. ff. b. t.* (ex qua evincitur eum, qui pro pupillo sine tutoris autoritate obligato, prodigóve, vel furioso fidejussit, ex suâ fidejussione non teneri) non repugnat textui l. 6. ff. de V. O. ubi asseritur, quod pro furioso, & prodigo fidejussor intervenire non possit; nam hic fidejussor intercessit pro furioso, vel prodigo jure i. e. ex quasi contractu obligato, ubi ex re actio venit, quo casu & illos civiliter, & efficaciter devinctos esse, tradidit Paulus in l. 46. ff. de O. & A. quod autem, si ipsi furiosi, & prodigi jure obligati appareant, efficax etiam sit fidejussio, evidenter demonstrat Cajus, qui ait in l. 70. §. 4. ff. b. t., *Si à furioso stipulatus fueris, non posse te fidejussorem accipere, certum est; quia non solum ipsa stipulatio nulla intercessisset, sed ne negotium quidem ullum gestum intelligitur: quod si pro furioso jure obligato fidejussorem accepero, tenetur fidejussor.*

\*\* Si hæc actionem producit, & conditionem indebiti impedit l. 4. §. 4. l. 8. §. 3. l. 15. C. de N. N. P.; hinc si reus habet exceptionem non numeratae pecuniæ, fidejussor non potest accedere l. 15. ff. b. t., quia hic nulla est obligatio in effectu, quam tamen requirit fidejussio, cum sit accessoria §. 5. Inst. b. t.; præterea iniquissimum esset asstringere fidejussorem ad præstandum aliquid, ad quod principalis absolutè non tenetur, & quod solutum repetere potest. Wesenbeck. ff. h. t. n. 4. Hering. cap. 10. à n. 7.

\*\*\* Si tamen civiliter, aut criminaliter, sed ad pœnam solum pecuniariam ex eo agatur l. 8. §. 5. & l. 56. §. 3. ff. b. t., scùs si ad pœnam corporis afflictivam, quia ad hanc nemo se obligare potest, cum nullus sit membrorum suorum Dominus

*l. 13. ff. ad L. Aquil.* & publicè intersit, ut pœna suos teneat autores *l. 22. C. de pœnis.*; accedit, quod si reus animadverte teret, sententiâ se damnatum iri, fugâ sibi salutem quærere, & hâc ratione sententiæ executionem evitare, sícque judiciarii tri bunalis autoritatem eludere, & juris, atque justitiæ vim, quæ in exequendo potissimum consistit, labefactare posset.

**XII.** Excipitur in *l. 1. § 2. C. ne fidejuss. dot. dentur* causa dotis; cuius servandæ & restituendæ gratiâ neque à marito, neque ab iis, qui dotem suscipiunt, potest exigi fidejussor, ne perfidiæ suspicionis inter conjuges nascatur occasio; cui enim se credendam mulier existimavit, ejus fidem dotis nomine suspectam habere non debet: imo nec valet fidejussio, quam maritus ultrò offert, quia *ll. cit.* in genere prohibitum, ne fidejussores dentur. Deinde & hîc militat ratio, ne ansa perfidiæ inter conjuges suppeditetur; an enim, si fidem marito habuisset, fidejussorem oblatum non recusasset? Struv. n. 39. ff. h. t. Harpr. pag. 271. n. 10. & 11. Inst. h. t.

**Additio.** P. axin quod attinet, putant Doctores, uxorem 1.) ab initio & ante sponsalia contracta cautionem fidejussoriā pro do te omnino exigere posse, quia tunc non à marito, sed ab eo, qui maritus adhuc speratur, cautio peteretur. Gothofred. ad rub. C. d. tit. lit. e. Carpzov. P. 2. C. 42. D. 17. n. 3. & 4. 2.) Etiam constante matrimonio fidejussorem accipi, & exigi posse, si maritus ad inopiam vergeret *l. 24. pr. & §. 2. ff. solut. matr.* Müller. ad Struv. n. 39. h. t. lit. e. Gail. lib. 2. obs. 84. n. 9. 3.) Valere fidejussionem, si hæc juramento esset confirmata. Gutierrez de juram. confirm. P. 1. C. 21. n. 14.

4.)

4.) Patri uxoris, aliisque extraneis dotem promittentibus, pro eâ fidejussores oblatos accipere licere, cámque cautionem uxori proficere mev. decis. part. II. Dec. 367., nam hoc in c su ratio l. 2. C. ne fidejuss. dot. dent. cessat, cùm potius negotium inter extraneum & maritum, quàm inter hunc & uxorem agitur. Sed Layserus spec. DXXIII. h. t. n. 8. putat istis distinctiōnibus, & ambigibus germanos non indigere, & fidejussionem pro dote, cùm nihil iniqui contineat, vel dishonesti, simpliciter admittit ob inveteratos germaniæ mores, qui omnia pacts honesta sustinent: aliæ ejusdem rationes videantur cit loco.

XIII. Cúmque fidejussores firmandæ principalis obligationis causâ accipientur, nihil obstat, quo minus efficaciùs obligentur, fortiorique vinculo, quàm reus principalis constringantur, veluti sub nexu juramenti, vel pignoris l. 59. ff. b. t. cùm reus simpliciter obligatus est Lauterbach n. 25. ff. h. t. in causam verò duriorem, i. e. ita adhiberi non possunt, ut re, tempore, loco, causâve plus debeant, quàm reus principalis l. 8. §. 7. ff. b. t. ubi: *illud commune est in universis, qui pro aliis obligantur, quod si fuerint in duriorem causam adhibiti, placuit eos omnino non obligari.*

*Additio.* Quid, si fidejussor in summam eâ, quam reus principalis debet, majorem acceptus fuerit? an in concurrentem summam obligabitur, an ad nihil prorsus? illi, qui hoc ultimum asserunt, videntur mihi juri conformius loqui, cum l. 8. cit. dicat, universos, qui pro aliis obligantur, si in duriorem causam adhibiti fuerint, *omnino non obligari*: quid quis autem circa hanc rem ex jure romano defendere voluerit, moribus hodiernis dubium non esse, quin fidejussor in majorem summam accep-

acceptus, quoad concurrentem quantitatem obligetur, tenet Stryck n. 9. ff. h. t. ejusque sententiam præjudicio comprobat Carpzov. P. 2. C. 19. def. 9.; sed an etiam quo ad excedentem summam hodie obligetur, dubitatur, sunt, qui id ipsum propter validitatem pacti affirment; verum cum nec hodie pactum subsistat, nisi causam habeat Carpz, P. 1. C. 17. def. 39., Hubero ad Inst. h. t. n. 4. placet sententia negativa, quam etiam approbant statuta patriæ nostræ § 2. h. t. in verbis: *Was gestalten ein Burg zu keinem mehreren, als der Haupt-Schuldner selbst, könne obligirt, und verpflichtet werden.* Si tamen disertè constaret, fidejussorem animo donandi, quem in dubio non præsumendum putat Stryck n. cit., ad maiorem summam se obligasse, cum Grœnweg de ll. abrogat. ad l. 8. h. t. non dubitarem validam pronunciare ejusmodi obligationem.

XIV. Tenentur ex fidejussione non solum fidejussores, sed & eorum hæredes \* §. 2. Inst. l. 4. §. 1. ff. 5 l. 24. C. h. t. ad id, quod tempore fidejussionis in obligatione principali fuit, non autem ad id, quod ex culpâ, aut morâ debitoris principalis accessit \*\* l. 5. ff. de reb. credit. l. 73. ff. b. t. l. 10. C. eod., adeò, ut creditor adversùs fidejussorem, ejusque hæredes habeat actionem ex stipulatu, aut moribus hodiernis, cum fidejussio & mediante pacto validè celebretur, conditionem ex moribus.

\* Hoc procedit, licet nulla hæredum fidejessoris in contractu fidejessorio mentio facta fuerit l. 13. C. de contrab. & committ. stip.; quia regulare est tam in stipulationibus dandi, quam faciendi, ut tacitè hæredes comprehendantur, idque licet fidejusso-

jussoriæ obligationi inserta fuerit particula taxativa, v. g. ut si fidejussor *solus* obligetur *arg.* l. 8. §. 4. ff. *de pignor. act.* l. 83. pr. ff. *de V. O.*; nam hâc particulâ quidem extranei censentur exclusi, non etiam hæredes; *Carpz. P. 2. C. 20. def. 1. & 2.* *Berlich P. 2. concl. 26. n. 19.* *Hering. de fidejuss. C. 20. §. 10. n. 54.*

Aliud tamen dicendum 1.) si expressè cautum sit, quod fidejussor *solus*, non etiam ejus hæredes obligentur; tunc enim morte illius obligatio extinguitur, quia pasta dant legem contractibus l. 23. ff. *de R. I.* 2.) Si hæredes tacite ab obligatione sunt exempti, utpote si expressè conventum, ut loco fidejussoris mortui alias fidejussor substituatur; hoc enim casu tantum obligatio personalis videtur contracta, & morte pariter evanescere l. 219. ff. *de V. S.*

*Additio.* Si fidejussor obligationi ex delicto acceſſerit, hæredem suum obligatum relinquit, modò cum reo defuncto aut lis contestata, aut pro maleficio certa pœna promissa fuerit; sicut enim actiones ex delictis descendentes tunc demum competunt, si lis cum defuncto contestata l. 26. 33. & 58. ff. *de O. & A.*, ita etiam hæres fidejussoris lite cum defuncto fidejussore contestata, non quidem pro ipso maleficio, sed pro pœnâ, quam pro maleficio fidejussor spopondit, obligatus manet, & ad eam solvendam conveairi potest l. 10. §. 2 ff. *si quis caut. in jud.*

\*\* Circa hanc tamen quæſtionem, an nempe mora debitoris noceat principali, distinguunt Doctores, an fidejussor *simpliciter*, en *certâ expessâ summa*, an *in omnem causam* intercesserit.

In primo caſu fidejussor obligatur præcisè ad id, quod ab initio fuit in obligatione, non autem ad *usuras*, aut *alias accessiones*, quæ per moram principalis debitoris advenerunt; quia mora unicuique sua, & non alii obesse debet l. 5. ff. *de reb. credit*; ad

poenam, in quam propter suam moram, & culpam debitor  
incidit, fidejussor non tenetur *l. 73. ff. b. t.*; neque ob moram  
rei principalis obligationem fidejussoris augeri debere, legitur  
in *l. 8. ff. de eo, quod cert. loc. dari oportet.* Accedit *l. 10. C. b. t.*,  
ex quâ patet fidejussorem teneri ad usuras, si quoque in illas  
obligatus fuerit, & *l. 54. in pr. ff. locat.* ubi Paulus dicit, fide-  
jussorem in usuras, & accessiones ex morâ debitoris teneri, si  
in omnem causam se obligaverit; ergo si fidejussor neque ex-  
pressè in usuras, neque in omnem causam se se obligaverit, nec  
in usuras ob rei moram tenebitur, atque ita sentiunt Harpr. ad  
*§. 5. Inst. h. t.* & Widmont n. 39. ff. h. t., quorum sententiam  
videtur sequi statuta patriæ nostræ §. 8. in fin. h. t. scheinet  
aber das Interesse aus alleiniger Saumitus des Schuldig-  
eren, ist der Bürg darzu nicht verbunden. Non obstant  
*l. 88. ff. de V. O. & 24. §. 1. ff. de usuris,* ubi: *mora rei quoque*  
*fidejussori nocet;* nam hoc non de augendâ, sed perpetuandâ fi-  
dejussoris obligatione intelligendum esse sustinent Müllerus ad  
Struv. Exercit. 47. n. 4. lit. B., Lauterbach n. 29. h. t., adeò,  
ut, licet res debita, quam suâ fide esse jusserrat fidejussor, inte-  
rierit, tamen hic tali interitu non liberetur, sed adhuc obstric-  
tus teneatur. *l. 91. §. 4. de V. O. l. 58. ff. b. t.*

In secundo casu non, nisi ad id, de quo ab initio fuit conven-  
tum, tenetur fidejussor *l. 68. §. 1. ff. b. t.* Voëtius n. 13. ff.  
eod.

In casu verò tertio, quo in omnem causam se obligavit, aut etiam,  
ut Leyserus Specim. DXXIII. lib. 46. tit. 1. n. 6. loquitur, se  
tanquam debitorem principalem als selbst Schuldener ob-  
strixit, tenetur non tantum ad id, quod ab initio in obliga-  
tione fuit, sed & ad eas, quæ ex post facto accesserunt, usuras,  
& interesse *l. 54. in pr. ff. locati.* Consentunt eatenus statuta

patriæ §. 8. h. t. in verbis: Wann der Bürg sich in omnem causam obligat, oder auch sich selbst als Hauptschuldener dargestellet, in diesen... Fällen ist der Bürg zur Zahlung der Hauptfach, und Interesse anzusehen.

*Additio.* Aliquando favore personarum, aut causæ intelligitur fidejussor in omnem causam se obligasse, licet id verbis expressum non sit; sic qui fidejussit, rem pupilli salvam fore, & ad usuras ex morā tutoris, & ad reliqua, quæ in judicium tutelæ veniunt, potest conveniri l. 3. ff. de fidejuss. & nominat. & hered. l. 10. ff. rem pupilli. vel adul. salvam fore.

XV. Ita quidem actio ex stipulatu contra fidejubentes creditori competit, ut debitore etiam non pulsato directè contra fidejussorem agi possit tam ad solidum, quam ad partem debiti consequendam l. 2. D. 5. C. h. t., unde proverbium: Den Bürgen thut man twürgen.

XVI. Verum eatenūs per Justinianum in nov. 4. cap. 1. subventum est fidejussoribus concessionē beneficij ordinis \*, quod etiam retinuere statuta patriæ §. 2. h. t. ubi: auch der Bürg nicht also bald, und vor dem Hauptschuldener zu fordern ist verhalben solle besprochen werden, ist aus gemeinen Rechten bekannt, und lassen wir es darbey auch bewenden.

\* Ante Justiniani tempora jam aliquibus fidejussoribus beneficium ordinis datum fuisse testantur Voëtius ad ff. h. t. n. 14. & Baldini Justinianus lib. 4. ad nov. constit. 4.

XVII. Vocatur quoque beneficium illud excussionis, estque exceptio, quam oppositâ \* fidejussores ante principalem debi-

torem conventi repellunt creditorem, donec principalem excusserit, \*\* auth. præsente. C. b. t.

\* Exceptio autem illa, cum actionem institutam non perimat, sed tantum differat, est dilatoria, quam ante litem contestatam opponi oportet L. 19. C. de probat., adeò, ut ante litem contestatum omissa, post à de rigore iuris non amplius opponi possit, quia ipso jure fidejussores priùs, quam principalis conveniri possunt. l. 5. C. b. t.; sunt tamen, qui ob summam, quâ ordinis beneficium intitulat, æquitatem contendunt exceptionem hanc usque ad conclusionem in causâ poss. admitti. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 3. Widm. n. 51. h. t. Hering C. 28. n. 2. & seq.

\*\* Excusare est in debitoris principalis bona inquirere ad cognoscendum, num solvendo sit, nec ne, excursionem autem adeò rigorosam esse debere, contendunt Jason in §. fin. n. 6. de aet. & Hering. C. 27. P. I. n. 7., ut fiat usq; e ad sacculum & peram, etiam ad indumenta, non reliquâ illi, nisi unicâ ueste, quâ corpus tegat, ne nudus incedat.

XVIII. Cessat tamen hoc beneficium in multis casibus, 1.) si reus principalis vel planè nón, \* vel saltem non absque difficultate \*\* possit conveniri, 2.) si notoriè non sit solvendo, \*\*\* 3.) si huic beneficio renunciavit, \*\*\*\* 4.) cessat inter mercatores. \*\*\*\*\*

\* Huc pertinet, si quis intercessit pro naturali tantum debito, cuius intuitu nulla actio intentari, adeoque nec executio fieri potest; exemplum habet l. 25. ff. b. t.

\*\* Puta 1.) si sit absens, nec per fidejussorem intra certum tempus arbitrarium à judice præfigendum sistatur, ut ipse priùs excuti

executi possit, aut b. præsente C. b. t. & nov. 4. C. 1., absens autem jure civ. dicitur, qui ob absentiam commode conveniri nequit; hinc præsens adhuc habetur ille, qui domi procuratorem reliquit, qui ejus nomine à creditoribus potest interpellari, aut in loco, unde abest, bona habet, in quæ creditores mitti possunt. arg. l. 21. §. 2. & l. 22. ff. quib. ex cauf. majores. Voëtius n. 18. ff. h. t. 2.) Si sit potens, injuriosus, aut rixosus, ad quem non patet tutus accessus, ita ut excusio contra eum difficultis sit; quo casu inducitur notorium facti, debitorum non esse solvendo; Gail. obs. 27. n. 25. Widmont n. 55. h. t. notorium enim (pergunt eit. DD.) inducitur non solum ex defectu facultatum debitoris, sed etiam ex difficultate conveniendi. arg. l. 2. ff. qui satud. erg. Hæc omnia apprebant statuta nostra in §. 3. h. t. Wäre gleichwohl der Hauptschuldener ein Fremder, und Ausländischer unter des Gläubigers Gerichts-Zwang nicht begütert, oder einer beschwerlichen Ausprach... in solchen Fällen mag sich der Bürg des be-neficii ordinis & excusonis nicht bedienen, sonderen kann also bald zur Zahlung wohl angehalten werden.

\*\*\* Hoc casu sidejusser non potest obmovere exceptionem non factæ excusonis, quia in notoriis excusio non requiritur; inanis enim est excusio, quam excludit debitoris inopia, l. 6. ff. de dolo malo. Gloss. in l. 116. in verb. excusum. ff. de V. O. Hirpr. ad §. 4. Inst. n. 51. Gail. obs. 27. n. 14. convenienter hī & statuta nostra cit. § 3. in V. oder auch des künftlichen Unvermögens; qui autem notorium probetur, vid. Gail. ead. obs. n. 15. Hering Cap. 27. P. 1. n. 200. & seq.

\*\*\*\* Hæc renunciatio debet esse specialis, nec generalis his e. g. verbis concepta: ich begebe mich aller deren Rechts-Wohlthaten, so jemahlen einem Bürgen zu statten kommen können, excludit ab hoc beneficio, arg. l. 4. §. 4. ff. si quis caut.

caut. in judic. sist. quia renunciatio est stricti juris, ut, nisi de  
eâ expressè disponatur, non veniat subintelligenda, ne quis  
aliàs contra regulam juris suum donare, vel iactare videatur,  
séque excludere à beneficio, de quo non cogitavit; huc facit  
*l. §. ff. de transact.* ubi dicitur *interpretatio prudentum fregisse cap-*  
*tiosam liberalitatem*, qualis foret teste Zoësio ad *ff. h. t. n. 20.*,  
siquis generalibus istis verbis excluderetur à beneficio, de quo  
minimè cogitavit, hancque opinionem sequuntur Voëtius *n. 16.*  
*ff. h. t. Peretz. lib. 8. C. h. t. n. 23. Gail. obs. 27. n. 21.*  
Stryck. ad *ff. n. 17. h. t.* nisi fidejussor uni v.g. divisionis bene-  
ficio *in specie* renuncians, subjungeret generalem clausulam: &  
*reliquis omnibus beneficiis, quæ fidejussoribus competit;* genera-  
lem enim ejusmodi renunciationem sufficere contra Voëtium  
cit. *n. 16.* tenent *Gloss. in l. 4. §. 4. in Verb. specialiter ff. sicut*  
*caut. in judic. sist.* Müllerus ad *Struv. exercitat. 47. n. 43. lit. μ.,*  
& Hopp. ad *§. 4. Inst. h. t.*

*Additio. 1.* Utrum fidejussor, qui se ut principalem debitorem,  
als selbst Schuldner obligavit, ordinis beneficio censeatur  
renunciasse, inter DD. controvertitur. Negativam sustinent Zoë-  
sius *n. 22. ff. h. t.*, Stryck ad *ff. lib. 46. n. 19.*, affirmativa  
autem æquitati magis amica videtur Voëtio *n. 16. ff. h. t.* &  
& Gailio *obs. 28. n. 4.*, coquid aliàs ista clausula: *ich ver-*  
*schreibe mich als selbst Schuldener superflù posita, si que*  
*nullius momenti esset, cum tamen in contractibus nedum clau-*  
*sula, sed nullum verbum debeat esse otiosum, & sine virtute*  
*operandi, l. 4. in pr. ff. de usuris; & Glos. in l. 109. Verb.*  
*frustra ff. de leg. 1.*, in hac opinione etiam fuerunt Compilato-  
res juris statutarii, ubi in *§. 4. h. t.* Ebenmässig da sich einer  
vor selbst, oder als Hauptschuldener dargestellet, oder  
verschrieben hätte, wollen wir der Gegen-Meynung un-  
geachtet, demselben die vorgesezte Exception abgespro-  
chen,

hen, und obwohlen er sich derselben ausdrücklich nicht begeben, ihnen dannoch alsobald zur Zahlung schuldig gehalten haben.

*Additio 2.* Fidejussor indemnitatis der schad-los Bürg principali non excusso conveniri nequit, etiamsi in specie omnibus beneficiis renunciasset, sedque, ut prius dictum est, ex naturâ obligationis magis, quam ex beneficio ordinis receptum est, nam in primis constare debet, quantum à principali consequi possit creditor, ad hoc, ut indemnitatis promissio locum habeat. *I. 60. & I. 116. ff. de V. O.*

\*\*\*\*\* Quia in foro mercatorum ob liberiorem commerciorum usum ex æquitate non inspectis juris apicibus summarie proceditur, Mülerus ad Struv. exercit. 27. n. 43. lit. e, & Lauterbach lib. 46. tit. n. 39. quorum sententiam secuti sunt Compilatores Jur. Statuta. §. 5. h. t. ubi: Unter denen Kauf- und Handelsleuthen sollte das Beneficium excursionis auch kein Platz haben, wan nemlich Glaubiger, Schuldiger, und Bürg Handelsleuthe seynd.

XIX. Si plures fidejussores pro eodem debito sine partis mentione intercesserunt, singuli in solidum obligantur, ita, ut creditor ab uno illorum solidum petere possit, quin necesse habeat omnes pro parte convenire §. 4. Inst. b. t., ille etiam à quo solidum sic petitum fuit, illud solvere teneatur, nisi beneficio divisionis \* usus fuerit *I. 26. & 28. ff. b. t.*

\* Hoc quamvis in *I. 49. §. 1. ff. b. t.* Epistolæ Divi Pii tribuatur, Hadrianus ramen fuit, qui illud primò in Epistolâ suâ, quæ ex post edicto perpetuo inserta est, induxit, D. Pius autem, ante cujus tempora hoc edictum compilatum est, novâ id Epistolâ

tolâ repertit, ac confirmavit: ita Heineccius in Antiq. Rom. ad Inst. h. t. n. 9.

XX. Est hoc beneficium exceptio, quâ oppositâ \* unus ex pluribus fidejussoribus \*\* in solidum & partes viriles \*\*\* obligatus, ac conventus, petit, ne ultra virilem debiti portio- nem condemnetur.

\* Etiam post litis contestationem usque ad sententiam definitivam.  
l. 10. C. b. t.

\*\* Salvâ tamen lege 27. §. ult. ff. b. t. ubi: fidejussor fidejussoris de- siderare nequit, ut inter se, & eum fidejussorem, pro quo, fidejus- sit, dividatur obligatio, quia ille loco rei est, nec recte petitur, in- ter reum, & fidejussorem dividi actionem.

\*\*\* Diversum est, si ab initio promiserit stipulanti verbis ita conceptis: solidum, aut partem virilem fide tua esse jubes? tunc enim non, nisi partem virilem debet, & sic non gaudet hoc beneficio, quod inter eos tantum obtinet, qui solidum & par- tes viriles fide sua esse jusserunt. l. 51. pr. ff. b. t.

XXI. Cessat hoc beneficium in multis casibus; 1.) Si eidem specialiter renunciatum fuerit, \* 2.) Siquis cum muliere fidejusserit, \*\* 3.) Inter illos, qui pro tute promiserunt rem pupilli salvam fore, l. 12. ff. rem pupilli vel adul. salv. fore. 4.) Si cæteri tempore litis contestatae solvendo non sunt. \*\*\*

\* Quod non fit per hæc verba: Wir verbürgen uns sämtlich und sonderlich, einer für alle, und alle für einen; his enim verbis nihil ultra cavetur, quam quod ipso jure obtinet, nempe, ut singuli in solidum obligentur, & expressio eorum,

quæ

quæ tacitè insunt, nihil operatur. l. 3. C. b. t. ubi: licet signifiques adjectum esse in obligatione, ut singuli in solidum tenerentur: tamen nihil hæc res mutat conditionem. Nam & cùm hoc non adiiciatur, singuli tamen in solidum tenentur; sed ubi sunt omnes idonei, in portionem obligatio dividitur.

\*\* Hic enim subducta muliere, quæ ex SCto Vellejano fidejubendo efficaciter non obligatur, in solidum adversus illum, qui cum muliere fidejussit, actio datur, cùm is scire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem frusta intercedere: non obstat! 48. §. I. ff. b. t. ubi major cum minore simul fidejubens non nisi pro parte virili tenetur, licet per restitutionem consuli possit, aut etiam de facto consulatur; ratio diversitatis hæc est, quod, quamvis minor rectè non intercedat propter restitutio- nis beneficium ipsi competens; ignorari tamen ætas ejus potuit à confidejussore, secùs ac sexus, & per eum competens bene- ficium SCti Vellejani, quo infringitur fidejusso. Voët. n. 23. ff. h. t.

*Additio.* Si major primò solus intercessit, & dein assumptus est minor, hoc per restitutionem in integrum obligationi subducto onus accrescit soli majori, nisi dolo creditoris inductus sit mi- nor, ut se fidejussori prius obligato addat fidejussorem, tunc minore restituto non magis creditori succurrendum erit advec- sùs confidejussorem, quām si factâ novatione circumvento mi- nore desideraret in veterem debitorem utilem actionem sibi da- ri. l. 48. §. I. ff. b. t.

\*\*\* Qui enim solvendo non est, habetur, quasi non fidejussisset; sic si quatuor fidejusserunt, & omnes solvendo sunt, unus in solidum conventus, mediante beneficio div. obtainere potest, ne in amplius, quām quartam debiti partem condemnetur § 4. Inst. b. t.; si autem duo tantum ex istis quatuor idonei sint,

D

idem

idem in semissem damnatur, actione in partes viriles inter eos divisâ, qui solvendo sunt. §. eod. Inst. & l. 26. & 27. ff. b. t. Aliud est, si post licet contestatam reliqui confidejussores defierint solvendo esse, tunc enim id ad onus fidejussoris, qui exceptionem opposuit tempore, quo illi solvendo erant, non pertinet, sed creditori nocet, etiam si ille minorenus esset, quia deceptus non videtur jure communi usus l. 51. §. 4. ff. b. t. & vi-  
tium alienæ cessationis alterius non cessantis dispendio cedere juris ratio non patitur. l. 1. C. de divid. tutelâ.

*Additio.* Si dubitatur, an omnes ex fidejussoribus solvendo sint, nec ne, excipienti fidejussori incumbit probatio, quia affirmat cæteros (quod unicum exceptionis oppositæ fundamentum est) solvendo esse, arg. l. 1. ff. de except. l. 9. C. eod. tit. l. 18. §. 1. ff. de prob. nisi cautione præstitâ peteret suo periculo & alios fidejussores in partes conveniri, tunc namque audiendus esset; dum tamen illi, qui idonei dicuntur, præsto sint. l. 10. ff. b. t.

**XXII.** Quod si fidejussor ad satis faciendum creditori paratus beneficiis mox expositis uti non velit, aut si iisdem uti non possit, superest illi adhuc beneficium cedendarum actionum, quo opposito petit sibi à creditore actiones contra reum principalem & confidejussores cedi, idque cum instrumentis principalis debiti & omnibus qualitatibus, puta cum usuris &c.

**XXIII.** Cessio ista ut necessariò à creditore præstanda est, si petatur \*, ita necessariò peti debet à fidejussore, si regressum suum adversus confidejussores pro ratis ipsorum \*\* salvum habere velit \*\*\*, imò verò utiliter sæpe numero actiones contra reum principalem sibi cedi petit fidejussor. \*\*\*\*

\* Ad-

\* Adeò quidem necessariò, ut fidejussor, priusquam actiones sibi cessæ fuerint, debiti solutionem valeat denegare, imò si renunciatum fuisset isti beneficio, adhuc cedendæ essent actiones, cùm renunciatio tantum in gratiam creditoris facta videatur.

*Additio.* Si creditor culpâ suâ actiones cedere nequeat, exceptio-ne actionum cedendarum rectè ab agendo repellitur. *L. 95. §. 11. ff. de solut.* Mevius decis. part. ix. decis. 174.

\*\* Dixi pro ratis; et si enim actio in solidum cedenda sit, non potest tamen illa in solidum exerceri, & quidem si confidejussoribus beneficium divisionis competit, pro virili tantum parte contra quemcunque ex illis experiri licet, demptâ etiam portione illâ, quæ ad onus cessionarii est; si verò dictum beneficium confidejussoribus non competit, detractâ virili portione suâ cessionarius pro omni reliquo usum ex pluribus confidejussoribus rectè conveniet.

*Additio.* Si fidejussorum umus non sit solvendo, ejus portionem omnes cæteri ex æquo sustinent.

\*\*\* Quâ enim illi actione convenienterunt omissâ cessione ejusmodi? an mandati? hoc interfidejussores neutiquam interponitur: an negotiorum gestorum? hæc non competit proprium negotium gerenti, qualis est fidejussor solidum solvens, cum solidum debeat. *vid. L. 11. C. b. t.* Nec obstat, tutori, qui solus pupillo solidum solvit, quod ex tutelâ administratâ debetur, actionem utilem adversus contutores dari, etiamsi actiones sibi cedi non curaverit; tutoribus quippe, cùm ii necessariò fungantur officio, magis à jure succurri oportuit, quam fidejussoribus, eoquod hi liberè alienam in se suscipiunt obligationem; utilitatis ramen & æquitatis causâ etiam sine cessione præviâ actionem concedendam esse fidejussori docet Mevius decis. part. vi. decis. 387.

\*\*\*\* Videlicet si pro invito ac prohibente debitore fidejussit, cum in ipsis casibus actio mandati aut negotiorum gestorum locum non habeat, aut si actio creditoris adversus debitorem principalem ita privilegiata sit, ut privilegium cum actione incertiarum possit transire.

*Additio.* Si creditori per fidejussores, & pignora simul cautio est praestita, fidejussor que solidum exsolvere cogitur, eidem similiter necessarium est mandatum actionum ad persequenda pignora, idque ex illâ ratione, quod inter fidejussorem, & pignus constituentem nihil intercesserit negotii.

XXIV. Cum per solutionem fidejussoris actio, quam creditor adversus reum principalem, & confidejussores habuit, pereat, non ens autem cedi non possit, intellectu facile est, quod cessio, de qua hic sermo est, solutioni debeat præmitti, adeò, ut post eandem facta non valeat, nisi tamen eidem pactum de cedendis actionibus præverit. l. 76. ff. de solut.

XXV. Quod si jam fidejussor satisfecerit creditori, cum æquum non sit, ejus officium ipsi damnosum esse, regressum habet contra confidejussores, \* & debitorem principalem atque adversus hunc quidem in omne illud, quod fidejussorio nomine solvere debuit \*\*, dummodo tamen pro invito & prohibente non fidejusserit; hoc enim casu nec mandati actio, nec negotiorum gestorum est l. 40. ff. mandati, nequidem utilis, ut Paulus in dict. leg. cum Pomponio afferit. \*\*\*

\* Quid, & quatenus ipsi contra hos regressus detur, de eo jam supra locutus sum.

\*\* Con-

\*\* Contra hunc ager actione mandati, si ex mandato fidejussit; actione negotiorum gestorum, si absque mandato, dum tamen utiliter negotium debitoris gelississe probetur. In utramque actionem præter id, quod principalis debuit, & fidejussor solvit, venit etiam illud, quod interest, consequenter fidejussor iisdem & damna, quæ ex retardatâ sui liberatione absque tamen culpâ suâ passus est, consequitur.

\*\*\* Moribus hodiernis aliud placet Voëtio ad tit. de negot. gest. n. II.

*Additio.* Plures casus, quibus fidejussor solutum repetere non potest, enumerat Voëtius ad ff. h. t. n. 33.

**XXVI.** Extinguitur porro fidejussio iisdem modis, quibus stipulatio, vel contractus principalis: quod multifariè contingere potest, de quibus vid. tit. Inst. quibus mod. tollit. obligatio; *¶* *interpretes ibidem*, nec non *Jus Statutarium Trev. b. t. §. 9. ¶ 10.\**: id unum pro coronide juvat adnotare, quod fidejussor in pluribus casibus debitorem convenire possit, ut se à fidejussione liberet, 1.) Si diu, quod arbitrio judicis relinquitur, in solutione reus cessavit l. 35. ff. mandati., seu, quod idem est, si debitor principalis solutionem diu nimis differat, 2.) si reus principalis incipiat labi facultatibus, aut 3.) fidejussor condemnatus sit solvere, 4.) denique, si ita ab initio conventum fuerit. l. 10. C. mandati. in verbis: *Si pro eâ causâ, contra quam supplicas fidejussor... intercessisti, ¶ neque condemnatus es, neque bona sua dilapidare postea cœpisse comprobare possis, ut tibi justam metuendi*

causam præbeat, neque ab initio ita te obligationem suscepisse,  
ut eam possis **V** ante solutionem convenire, nullâ juris ratione,  
antequam satis creditor pro eâ fecerit eam ad solutionem urgeri  
certum est.

\* Primus ita habet: Wann ein Bürg sich auf eine gewisse Zeit etwa auf zwey, oder drey Jahr lang verbürget, Glaubiger aber in- oder nach verflossener solcher Zeit dem Schuldmann ohne Einwilligung des Bürgens, weiteren ausdrücklich- oder stillschweigenden Aufstand verleyhet, ist der Bürg nach geendigten zwey oder drey Jahren fernier nicht, als zu denen in Zeit seiner Bürgschaft aufgeschwollenen Interess: verbunden. Secundi tenor hic eit: hat aber einer sich auf gewisse Zeit vor dem Schuldigeren verbürget (wie in §. præcedente gemeldet) und ist kein Ausstand gegeben worden, der Glaubiger aber intwendig Monats Frist nach verflossener solcher Zeit auf seine Zahlung gedrungen, ist der Bürg bis der Haupt-Schuldener vom Richter zur würcklichen Zahlung angehalten worden, dafür annoch zu stehen schuldig.

*Additio.* Si fidejussor simpliciter pro alio intercessit, creditor autem posteà cum debitore de solutione faciendâ in certum tempus convenerit, lapsò hoc tempore fidejussor ad huc obligatione suâ constrictus manet: *Jus Statut. §. 11. b. t.* idemque obtinet, si debitor creditori promisit, se certo tempore solutum, & ideo fidejussorem dederit. *Jus Statut. cit. loc. §. 12.* ubi in fin.: obschen solchem Schuldmann hernächst von seinem Creditoren fernerer Ausstand gegeben worden.

PARER-

I. C  
ff.  
I. 2.  
speci  
II. Gen  
3 ff.  
III. Sp  
tium  
consti  
nat. g  
IV. Reg  
les ob  
V. Excep  
id, q  
VI. Exc  
senter  
VII. H  
ultra  
solver  
VIII. Pr  
præstit  
contrab

## PARERGÆ EX VARIO JURE.

- I. Cūm quædam omnium animalium, quæ in terrâ, quæ in mari nascuntur, avium quoque communia, l. 1. §. 3. ff. de just. & jur. quædam solorum hominum propria sunt, l. 2. & 3. ff. eod. jus naturale dividi debet in genericum, & specificum.
- II. Genericum est, quod natura omnia animalia docuit. l. 1. §. 3. ff. eod.
- III. Specificum (quod Ulpianus in l. 1. §. 4. ff. eod. jus gentium vocat) est, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & apud omnes peræque custoditur. §. 1. Inst. de jur. nat. gent. & civ.
- IV. Regula. Non solum sacri Canones, sed etiam leges civiles obligant suos subditos in conscientiâ.
- V. Exceptio 1. Nisi leges in præsumptione fundatæ sint, & id, quod præsumitur, falsum sit.
- VI. Exceptio 2. Aut nisi merè pœnales sint; hæ enim ante sententiam Judicis non obligant in conscientiâ.
- VII. Hæres, qui adiit hæreditatem sine inventario, tenetur ultra vires hæreditatis emergentia debita etiam in conscientiâ solvere, licet de bonis hæreditariis nihil subtraxerit.
- VIII. Pretio nondum soluto, vel satisfactiōne alio modo non præstitâ, ne traditione quidem res sit emptoris. l. 19. ff. de contrab. emp.

- IX. Remedium l. 2. C. de *rescind.* vend. tam emptori, quam venditori prodest.
- X. Non autem transigenti ultra dimidium læso.
- XI. Quod emptor hæreditatis habeat jus accrescendi, probabilius est.
- XII. Paetum, ut pecuniâ debitâ diëto die non solutâ, pignus committatur, i. e. creditori cedat, improbat l. 3. C. de *pact.* *pign.*
- XIII. Indistinctim an in continenti, an ex intervallo contrac-tui pignoratio fuerit adiectum.
- XIV. Ad concordata Germaniæ meritò referuntur Decreta Ba-siliensia sub Alberto II. recepta, & pro Germaniâ ab Euge-nio IV. & Nicolao V. confirmata.
- XV. A successione in feudis excluduntur foeminæ.
- XVI. Sin feuda sint foeminina, admittuntur casu, quo defi-ciunt masculi.
- XVII. Per hos si tamen semel fuerint exclusæ, manent per-pe-tuo exclusæ, licet posteà masculi deficiant.
- XVIII. Torturam non solùm jus Civile, sed etiam canonicum approbat Cap. 1. *deposit.*
- XIX. Hinc satis mirari nequeo, quod illa non nullis crudelis, ac injusta videatur.
- XX. Antequam autem procedatur ad torturam, debet 1.) con-stare de corpore delicti, 2.) contra reum esse semiplena probatio.

I. O. H. D.

ratio ita te obligatiorem fidei  
convenire, nullum iurum  
d fecerit eam ad solutionem  
ein Bürg sich auf eine  
der drey Jahr lang ver-  
ach versloener solcher Zeit  
alligung des Bürgens, bei  
weigenden Aufstand rech-  
ten zwey oder drei Jahren  
in Zeit seiner Bürgschaft  
unden. Secundi tenor  
wisse Zeit vor dem Schluß  
recedente gemeldet) und  
a, der Glaubiger aber in  
offener solcher Zeit auf den  
Bürg bis der Haupt-Zeit  
lichen Zahlung angehal-  
ben schuldig.  
ter pro alio intercessit,  
de solutione facienda in  
hoc tempore fidejussor schul-  
det: *Fus Statut. §. 11. k. d.*  
i promisit, sc. certi tempo-  
debet. *Fus Statut. n. 1. k.*  
n Schuldmann herab-  
Aussstand gegeben werden  
PART

